

(71^a Fort.)

O est quarta vocalis quia in quarto organo .s. in dentibus formatur et signat homines non iam naturaliter sed variabiliter secundum legem viventes dentes vero signant quartum statum mundi scilicet legem moysaicaem unde O .i. homo fortiter in dentibus .i. in lege Moysi que fuit dura et aspera ut dentes mordebatur ergo O .i. homo dentibus serpentium quando transgredebatur legem - - -

U vocalis quinta est quia in quinto et in ultimo organo est videtur in labiis formatur et signat verbum incarnatum labia vero signant quintum statum mundi .s. legem Christi que lex est gratie pacis et misericordie ideo merito U. idest verbum dei in labiis quibus secula prebentur formatur quia in statu ultimo hoc est in fine mundi sicut organo ultimo verbum incarnatum pacis omnium hoc est caritatem attulit

(71^v) cum tandem est in labiis pacis est verbum dei .i. filia dei formata anima beata consideret ergo filia dei ~~omnitemporalem~~ omnitempore ubi sit et custodiat se ne ~~seperet~~ seperet se a verbo dei
A M E N